

SAINT AGOBARD
ARCHEVEQUE DE LYON
SA VIE ET SES ECRITS
PAR
Mr DELANNAY

INTRODUCTION

Agobard (saint), né en Espagne ou en Septimanie en 778 et peut-être d'origine wisigothique, arrive en Gaule en 781 et vit à Narbonne. Il fait probablement partie de l'entourage de Benoit d'Aniane.

Il se consacre aux études, à la religion et aux sciences, part à Lyon vers l'an 795 et est ordonné prêtre en 804, puis archevêque de la ville en 816, où il succède à l'évêque Leidrade, quand ce dernier se retire au monastère de Saint-Médard.

De 816 à 822, il s'engage pour l'unité dogmatique, politique, ecclésiologique, de l'Église, et essaie d'orienter, avec d'autres réformateurs, la politique impériale. À partir de 823, toutefois, à cause de l'influence croissante de l'impératrice Judith, il devient opposant. Il s'oppose ainsi au statut accordé aux Juifs à Lyon, et prend partie pour Lotaire contre son père Louis le Pieux. Cette dernière prise de position lui vaut d'être disgracié en 835, lorsque Louis le Pieux remonte sur le trône. Il part alors en exil en Italie, où il s'oppose aux réformes liturgiques d'Amalaire. Il retrouve toutefois son siège épiscopal en 837. Il meurt en 840 à Saintes.

Il est à l'origine de la suppression de la personnalité des lois en Bourgondie, et écrit notamment contre les épreuves de l'eau et du feu et contre la croyance aux sorciers. Il a laissé une œuvre importante et variée (quelque vingt-deux ouvrages), dont l'une des premières éditions savantes est publiée en 1668 Etienne Baluze.

Citation

« Il est rapporté qu'Agobard, évêque de Lyon, réussit à sauver du bûcher trois hommes et une femme, descendus d'une nacelle aérienne, prétendant être de retour sur Terre après avoir été enlevés par des êtres célestes qui leur auraient montré des merveilles. »

— Le phénomène OVNI, rapport du Service d'Expertise des Phénomènes Rares Aérospatiaux - CNES, p. 57

Cette citation fait référence à l'œuvre intitulée *De Grandine et Tonitruis (De la grêle et du tonnerre)*, dans laquelle Saint Agobard laisse un récit intéressant d'un incident particulièrement significatif :

« Plerosque autem vidimus et audivimus tanta dementia obrutos, tanta stultitia alienatos, ut credant et dicant, quandam esse regionem quae dicatur Magonia, ex qua naves veniant in nubibus, in quibus fruges quae grandinibus decidunt et tempestatibus pereunt, vehantur in eandem regionem, ipsis videlicet nautis aëreis dantibus pretia tempestariis, et accipientibus frumenta vel ceteras fruges. Ex his item tam profunda stultitia excoecatis, ut hoc posse fieri credant, vidimus plures in quodam conventu hominum exhibere vinctos quatuor homines, tres viros et unam feminam, quasi qui de ipsis navibus ceciderint: quos scilicet, per aliquot dies in vinculis detentos, tandem collecto conventu hominum exhibuerunt, ut dixi, in nostra praesentia, tanquam lapidandos. Sed tamen vincente veritate post multam ratiocinationem, ipsi qui eos exhibuerant secundum propheticum illud confusi sunt, sicut confunditur fur quando apprehenditur. »

Traduction: *« Nous avons cependant vu et entendu beaucoup d'hommes plongés dans une si grande stupidité, noyés dans de telles profondeurs de folie, qu'ils croient qu'il existe une certaine région, qu'ils appellent Magonie, où des bateaux voguent dans les nuages pour emporter dans ce lieu les fruits de la terre qu'ont détruits la grêle et les tempêtes ; les marins payant des gratifications aux sorciers de l'orage et recevant eux-mêmes du blé et d'autres produits.*

Parmi ces gens dont la folie aveugle était assez profonde pour leur permettre de croire ces choses possibles, j'en ai vu quelques-uns extirpant d'une assemblée 4 personnes garrottées — 3 hommes et 1 femme qui, prétendaient-ils, étaient tombés de ces navires ; après les avoir gardés en captivité, il les avaient amenés devant cette multitude comme nous l'avons dit, en notre présence, afin qu'ils soient lapidés. Mais à la fin, la vérité ayant triomphé, après beaucoup d'argumentation, ceux qui les avaient montré, furent, comme dit un prophète, aussi confus que le voleur est confus quand il est surpris. »

Il faut comprendre que pressés de questions, les prétendus témoins durent avouer, confus, qu'en fait, ils n'avaient rien vu du tout. Agobard en avait déjà fait l'expérience en recherchant des témoins ayant vu les prétendus sorciers à l'œuvre. Le seul qu'on lui indiqua dut avouer qu'il n'était pas présent lors des faits qu'il rapportait.

En 1670, l'abbé Montfaucon de Villars (1635-1665) reprendra l'histoire sur le thème de l'enlèvement par les Sylphes dans *Le Comte de Gabalis*. L'histoire ainsi modifiée sera reprise par Jacob Grimm (vers 1820), puis entra dans la casuistique ufologique par l'intermédiaire de W. Raymond Drake dans son article de 1964 *Spacemen of the Middle Ages* :

« Un jour — entre autres par exemple — il arriva qu'à Lyon on vit descendre de ces nacelles aériennes 3 hommes et 1 femme. La cité tout entière se rassembla autour d'eux, criant qu'ils étaient des magiciens envoyés par Grimaldus, duc de Beneventum, l'ennemi de Charlemagne, pour détruire les moissons françaises. En vain, les 4 innocents se défendirent en disant qu'ils étaient des leurs et avaient été emportés peu de temps auparavant par des hommes extraordinaires qui leur avaient montré des merveilles dont on n'a jamais entendu parler, et ils avaient désiré leur faire eux-mêmes le récit de ce qu'ils avaient vu. La populace déchaînée ne tint aucun compte de leur défense et était sur le point de les jeter dans le feu quand le valeureux Agobard, évêque de Lyon, qui ayant été moine dans cette ville, avait acquis une autorité considérable, alerté par le bruit, arriva en courant, et après avoir entendu les accusations des gens et la défense des accusés, déclara gravement que les uns et les autres étaient dans l'erreur, qu'il n'était pas vrai que ces hommes étaient tombés du ciel, et que ce qu'ils disaient avoir vu était impossible. Les gens crurent en la parole de leur bon père Agobard plus qu'en leur propres

yeux, ils s'apaisèrent, remirent en liberté les 4 ambassadeurs des Sylphes, et reçurent, émerveillés, le livre qu'Agobard écrivit pour confirmer le jugement qu'il avait prononcé. Ainsi le témoignage de ces 4 témoins fut-il rendu inutile ».

On remarque que, sur la base d'un ouvrage d'Agobard où il dénonçait de faux témoins, on en fit d'autres où le fait était réel, et Agobard un négateur, sans s'apercevoir que le livre de Montfaucon de Villars n'était qu'une fable.

En 1969 l'ufologue français Jacques Vallée reprendra ce nom de « Magonia » dans le titre d'un de ses plus célèbres ouvrages *Passport to Magonia*.

Epitaphium Caroli Magni imperatoris.

Aurea coelorum postquam de Virgine Christus
Sumpserat apta sibi mundi pro crimine membra,
Jam decimus quartus post centies octo volabat
Annus, fluctivagi meruit per fervida coeli
Aetherei Carolus, Francorum gloria gentis,
Aequora transire, et placidum comprehendere portum.
Qui deciesque quater per sex feliciter annos
Sceptra tenens regni, et regno rex regna rejungens,
Febru migravit quinto arii ex orbe Kalendas,
Septuaginta senex vitae qui terminat annos.
Quapropter flagito, precibus si flecteris ullis,
Quique hujus relegis versus epigrammata lector,
Astriferam Caroli teneat, dic, spiritus arcem.

De translatione reliquiarum sanctorum martyrum Cypriani, Sperati, et Pantaleonis ad urbem Lugdunensem.

Rector magnificus piusque princeps,
Augusto Carolus decore fultus,
Sceptrum nobile Francorum regebat,
Subjectos populos pie gubernans.
Lectos aequora jusserat secare
Ac jam propitio sibi tonante,
Post multos nimiae viae labores,
Ingressu reduci salum petentes,
Intrarunt Libycos repente fines
Qua Carthago gravi jacens ruina
Deflet praeteritae decus juventae.
Hic dum basilicas Deo dicatas
Et Christi subeunt veneranda templa,
Cernunt ut tua, Cypriane martyr,
Servaret oculus neglectus ossa.
Tum vero nimio dolore moti,
Et magno gemitu polum intuentes,
Poscunt auxilium Dei perennis,
Pro quo sancte tibi caput recisum est.
Et mox poplitibus precando flexis,
Pandunt sarcophagum, studentque sacros
Artus stringere linteis paratis,
Committuntque sacro corpus locello.

Sperati quoque martyris beati,
 Nec non Pantaleonis ossa raptim
 Tollunt cuncta simul, ligantque pannis.
 Conscendunt celeres ratem paratam,
 Nec saevi metuunt pericla ponti.
 Egressis Arelas opima portu
 Occurrit placido, sinuque laeto
 Fessos excipit, ac fovet benigne.
 Haec mox cum audiit optimus sacerdos,
 Lugduni placidam tenens cathedram,
 Sanctorum eximio calore flagrans,
 Intendensque sacris ubique rebus,
 Ledradus specimen decusque cleri,
 Orat, postulat, impetratque raptim,
 Ut sanctissima martyrum piorum
 Nostris moenibus ossa conderentur,
 Lugduni ad placidam Joannis aram,
 Qui Christum vitrea rigavit unda.
 Illic cum sociis honore claro
 Florens, inclite Cypriane dormis.
 Sed quaeso vigiles, vigilque nostris
 Intendas precibus; fiasque nobis
 Clemens et validus Dei patronus;
 Solvas crimina, conferasque vota.
 Sic, quaeso, memor illa lingua nostri,
 Quae confessa Dei perenne verbum,
 Cervicem gladio dedit secandam;
 Sed Christum cecinit, silere nescit.
 Hanc Christus jugiter benignus audit,
 De sacros populos stylo excitantem,
 Haeresesve pravas, deosve falsos,
 Verbi fulmine funditus cremantem.
 Hanc et pro populo et patrono nostro
 Semper quaesumus audiat rogantem;
 Pastorem foveat, gregem propaget;
 Det munus fidei decus salutis.
 O doctor sacer, o beate martyr,
 Serva pontificem pius Agobardum,
 Qui nomen, meritum, tuumque festum
 Dictis extulit, et honore comisit.
 O triplex honor, o triforme culmen !
 O tres magnifici piique testes!
 Sit nobis triplici o ! favens precatu
 Pollens unica Trinitas per aevum.

Iere Traduction

Épitaphe de l'empereur Charlemagne.

Après que le Christ eut arraché à la Vierge les membres dorés du monde, dignes de son crime,
 à la quatorzième année, il s'était envolé cent huit fois,
 flottant dans les cieux brûlants,

Charles l'Éthéré, gloire de la nation franque,
mérita de traverser les mers et de trouver un port paisible.
Qui, quatre fois en six ans, tenant avec bonheur le sceptre du royaume et rejoignant les royaumes
avec le roi,
mourut de fièvre le cinquième des calendes de l'année,
le vieillard qui termine ses années à soixante-dix ans.
C'est pourquoi je vous en conjure, si vous êtes touché par des prières,
que quiconque lit ces versets des épigrammes,
que l'esprit de Charles tienne la citadelle étoilée, dise.

Sur le transfert des reliques des saints martyrs Cyprien, Sperat et Pantaléon à Lyon.

Le souverain magnifique et pieux,
soutenu par la dignité d'Auguste Charles,
régnait sur le noble sceptre des Francs,
gouvernant pieusement ses peuples sujets.
Il avait ordonné que les fonds marins soient creusés,
et maintenant, avec un pardon retentissant pour lui,
après les nombreux efforts d'un voyage exténuant,
cherchant à être ramenés par l'entrée,
les Libyens pénétrèrent soudain aux frontières,
où Carthage, en ruine,
la gloire de sa jeunesse passée s'estompe.
Ici, tandis que les basiliques dédiées à Dieu
et les vénérables temples du Christ sont en travaux,
ils voient que ton martyr Cyprien,
un cercueil négligé préserve tes os.
Puis, saisis d'une profonde tristesse,
et contemplant le ciel avec de profonds gémissements,
ils implorent l'aide du Dieu éternel,
pour qui ta tête a été saintement tranchée.
Et bientôt, s'agenouillant en prière, ils ouvrent le sarcophage et s'efforcent de lier les membres
sacrés avec un linceul préparé, et déposent le corps dans le lieu sacré. Ils espèrent aussi le
bienheureux martyr. Ils emportent en hâte les os de Pantaléon et les lient tous ensemble avec des
linges. Ils embarquent rapidement sur le radeau préparé, et les sauvages ne craignent pas les
dangers du pont. Ayant quitté Arèles, le port luxuriant, il rencontre la baie paisible et joyeuse, il
accueille les fatigués et les chérit avec bienveillance. Lorsque le meilleur prêtre entendit cela,
Lugdunum, tenant le paisible trône, Brûlant de l'extraordinaire chaleur des saints, Et partout
attentif aux choses sacrées, Lédradus, modèle et gloire du clergé, Prie, exige et obtient
promptement que les très saints ossements des pieux martyrs soient enterrés dans nos murs,
Lugdunum, sur le paisible autel de Jean, Qui abreuva le Christ d'une eau cristalline. Là, avec tes
compagnons en honneur radieux,
Florissant, illustre Cyprien, tu dors.
Mais je t'en supplie, vigilant et vigilant,
à nos prières ; et deviens pour nous
un miséricordieux et puissant patron de Dieu ;
tu résous nos crimes et exauces nos vœux.
Ainsi, je t'en supplie, souvenant de notre langue,
Qui, ayant confessé la parole éternelle de Dieu,
S'est vue trancher le cou par l'épée ;
Mais elle a chanté le Christ, elle ne sait se taire.
Le Christ, toujours bon, l'entend,

S'élevant de sa plume parmi les peuples sacrés,
 Ou les hérésies corrompues, ou les faux dieux,
 Écrasant sous la foudre du Verbe.
 Nous vous supplions de toujours l'écouter, tant pour notre peuple que pour notre patronne,
 Priez pour elle ;
 Qu'elle chérisse le berger, propage le troupeau ;
 Donnez au don de la foi la gloire du salut.
 Ô docteur sacré, ô bienheureux martyr,
 Servez le pieux pontife Agobard,
 Qui a exalté votre nom, votre mérite et votre fête
 Par vos paroles, et a servi avec honneur.
 Ô triple honneur, ô sommet triple !
 Ô trois magnifiques et pieux témoins !
 Que l'unique Trinité, ô ! qui favorise notre triple prière, soit puissante à travers les âges.

II^o Traduction

Épitaphe de l'empereur Charlemagne

« Depuis que, pour le crime du monde, le Christ descendu du ciel avait pris dans le sein de la Vierge pure des membres de chair, déjà se déroulait l'année huit cent quatorzième, lorsque Charles, la gloire de la nation des Francs, emporté à travers les plaines enflammées du ciel aux vagues fluides, mérita d'entrer dans le port de la paix. Pendant quatre fois dix années et six avec, il porta heureusement ses sceptres, ce roi qui à son royaume joignit des royaumes. Il émigra d'ici-bas le cinq des calendes de février, mois qui achevait les soixante et dix ans de sa vie. Qui que tu sois, lecteur, qui lis les vers de cette inscription, si des prières peuvent te fléchir, je te conjure de prier pour que l'esprit de Charles soit admis dans les palais étoilés. »

De la translation des reliques des saints martyrs Cyprien, Spératus et Pantaléon vers la ville de Lyon

Le roi magnifique et religieux.
 Charles, élevé à la dignité d'Auguste.
 Portait le noble sceptre des Francs
 Et gouvernait avec piété ses peuples soumis.
 Sur son ordre, des députés traversent les mers
 Pour se rendre auprès du chef de l'Orient.
 Pendant que lui-même cultive la paix, donne la tranquillité
 Et s'efforce de porter haut la gloire du royaume.
 Bientôt, le Maître du tonnerre leur étant propice.
 Après les nombreux labeurs de leur course lointaine.
 Les envoyés, faisant retour sur les flots sales,
 Abordèrent soudain aux rivages de Libye.
 Là où Carthage, couchée dans sa ruine profonde.
 Pleure la beauté de sa jeunesse passée.
 Jadis pleine de richesses, illustre dans la guerre.
 Florissante par ses conciles, grande par sa foi.
 Maintenant enchaînée à des freins barbares,
 Dépouillée de tout son antique honneur.
 Elle traîne dans la plainte sa misérable vie,
 Le cœur dans l'angoisse, soumise aux tributs de la servitude.
 Les envoyés entrent dans les temples consacrés à Dieu,
 Dans les basiliques vénérables du Christ.

Et ils voient comment, ô martyr Cyprien,
Un cercueil abandonné garde tes ossements!
Alors, émus d'une extrême douleur,
Et regardant le ciel avec un grand gémissement,
Ils implorent le secours du Dieu éternel,
Pour lequel, ô digne saint, ta tête fut tranchée.
Bientôt, ayant gagné les gardiens à force d'instances.
Ils ouvrent le sarcophage, et, avec soin,
Ils enveloppent dans des linges tes membres bénis
Et déposent ta tête dans un coffret préparé.
De même les ossements du martyr Spératus
Et ceux également du martyr Pantaléon
Sont enlevés et repliés dans une étoffe;
Puis tous ces trésors sont encaissés dans des coffres.
Rapides, ils remontent sur le vaisseau qui les attend
Et ne craignent pas les dangers de la cruelle mer,
Car ils portent les pieux disciples du Seigneur.
Dont la prière fait trembler tous les abîmes.
Arles, que son port tranquille enrichit.
S'offre bientôt à eux, et, dans son sein joyeux,
Les reçoit, les reconforte après leurs fatigues.
Ils sont heureux de retrouver ce sol qu'ils connaissent:
Avec un sentiment de triomphe, ils débarquent
Leurs magnifiques richesses, et le port s'étonne
Que ces flots, accoutumés à s'ouvrir à de terrestres trésors,
Amènent cette fois une cargaison toute céleste.
Dès qu'il apprend cela, l'excellent Pontife,
Qui occupe le siège pacifique de Lyon,
Brûlant du feu sacré des savantes études,
Et étendant partout son regard aux choses saintes,
Leydrade s'adresse au sérénissime Roi.
Et, par ses supplications instantes, obtient de force
Que les saintes reliques des pieux martyrs
Soient solennellement placées dans nos murs,
A Lyon, près du paisible autel de Jean,
Qui baptisa le Christ dans les ondes limpides.
C'est là qu'honoré d'un culte florissant,
Tu dors avec tes compagnons, illustre Cyprien !
.Mais veille pourtant sur nous, je t'en conjure,
Veille pour accueillir nos prières, et sois pour nous
Un patron clément et puissant auprès de Dieu.
Daigne absoudre nos péchés et exaucer nos vœux!
Qu'elle se souvienne de nous, cette langue
Qui confessa le Verbe éternel de Dieu,
Et par qui ta tête s'offrit au tranchant du glaive.
Elle chante toujours le Christ, incapable de se taire,
Et toujours le Christ écoute avec faveur ses accents.
Soit qu'elle excite au courage le peuple chrétien.
Soit qu'avec la foudre du Verbe, elle extermine
Et les hérésies perverses et les faux dieux.
Que sans cesse, pour le peuple et pour le Pontife.
Le Christ l'entende élevant vers lui son intercession;

Qu'elle protège le pasteur, qu'elle accroisse le troupeau :
Qu'elle nous fasse le don et de la foi et du salut.
O docteur sacré, ô bienheureux martyr.
Sauve dans ta bonté l'évêque Agobard.
Qui, dans ses discours et par d'éclatants honneurs,
A célébré ton nom, ton mérite et ta fête.
O triple gloire, ô triple grandeur,
O trois magnifiques et pieux témoins.
Rendez-nous favorable, par votre triple prière.
L'unique Trinité qui est puissante dans l'éternité.

ABOGARDUS

AD MATFREDUM PROCEREM PALATII,

DEPLORATORIA DE INJUSTITIIS.

Virorum praestantissimo atque illustrissimo Matfredo Agobardus in Christo Domino vivificatore ac salvatore nostro vitam et salutem aeternam.

Obsecro praecellentissimam claritatem vestram ut patienter et clementer audire dignetur quae fidelis suggerit servulus: quia, teste Deo qui serutatur corda et renes, non alia intentione dico, nisi propter profectum prosperitatis vestrae praesentis pariter et futurae. Omnipotens, sempiternus, et misericors Deus, apud quem nihil praeteritum, nihil futurum est, sed omnia volumina saeculorum quae apud mortales et temporales volvuntur, intemporaliter apud eum praesentia permanent, elegit vos ante mundi constitutionem futurum nostris periculosis temporibus ministrum imperatoris et imperii, et prae caeteris honorificavit et ditavit, non solum exterius, verum etiam interius, prudentia videlicet, justitia, fortitudine et temperantia, quibus secundum Scripturas nihil utilius est in vita hominis; constituitque vos in latere rerum summam regentis; quatenus et in dispositione aequitatis illi essetis suffragator, et in remuneratione beatitudinis particeps. Nunc igitur quid potissimum expedit devotissimae intentioni vestrae, nisi ut omni conamine omnique mentis adnisi, ita in dispositionem rerum sagacissime vigiletis, ut opprimatur iniquitas, destruaturs fraus et dolus, dissipetur pravitas, conteratur crudelitas, erigatur justitia, consoletur humilitas, roboretur fides, serenetur Ecclesia? Noverit namque prudentia vestra, in istis regionibus, quibus nos vicini sumus, in tantam securitatem venisse impietatem, ut pene nullus inveniatur qui justitiam diligat ab injustitiaque recedat, nisi cujus divina inspiratio mentem tangit et deducit voluntatem; ita ut gratuitum putetur, ubicunque bonitatis vestigia conspiciuntur. Quievit timor regum et legum in maltis; adeo ut plerique in praesenti neminem timendum putent, reputantes apud semetipsos, et dicentes in cordibus suis: Si querela de me ad palatium venerit, causa ad causidicos dirigetur. Illic inveniam parentes vel amicos plures, per quos indubitanter fiet ut regalem offensionem nullam incurram, quia donum absconditum exstinguet iras, et is qui timendus est, aliis interpositis, non videbit insipientias nostras.

Talibus, vir eximie, occasionibus totum pene illud miserabili aevo nostro vigit, quod suo tempore Christianos quidem evasisse gloriabatur, apud paganos vero vehementius effervescente martyr beatus Cyprianus lugubri nimis ac moerenti voce deflebat : Inter leges, inquiens, ipsas delinquitur, inter jura peccatur: innocentia nec illic ubi defenditur reservatur. Quis inter haec vero subveniat? Patronus? Sed praevaricatur, et decipit. Judex? Sed sententiam vendit: qui sedet crimina vindicaturus, admittit; et ut reus innocens pereat, fit nocens judex. Nullus de legibus metus: de quaestore, de judice pavor nullus: quod potest redimi, non timetur admitti. Consensere peccatis jura, et coepit licitum esse quod publicum est. Quis illic rerum pudor, quae esse possit integritas; ubi qui damnant improbos desunt, soli tibi qui damnentur occurrunt? Quodque sine periculo dicere nequeo, multi talium putant vos esse murum inter se et imperatorem, per quem defendantur a correctione. Quin potius, praestantissime virorum, date operam ut sitis murus in

augmento felicitatum, qui noxios expugnet, innocentes tueatur, Deo congruat, ab inimico discrepet, supernam remunerationem accumularet. Et licit satis ex verbis praecedentibus animi nostri clarescat intentio; ut tamen absque ulla dubitatione sciatis me non proprias querelas deplorare, cognoscat prudens benignitas vestra, haec a me dici non posse adversum comitem nostrum Bertmundum: quippe qui bene satis habeat ordinatum de justitiis comitatum suum; eo quod talem virum pro se constituerit ad haec peragenda, qui non solum propter amorem et timorem senioris sui id strenue gerat, verum etiam, quod sublimius et laudabilius est, propter amorem Dei et amorem ipsius aequitatis et justitiae, ita ut videatur nobis in his partibus nusquam fieri tam diligenter et attente. Sed prorsus haec omnia dicimus propter fidem quam sub Deo, domino etiam imperatori debemus, et pro vestra beatitudine aeterna, et praesentis vitae felicitate adipiscenda. Quoniam, ut ipsi non ambigitis, tanta familiaritas, quam apud dominum imperatorem obtinere vos Deus fecit, pro magno vobis talento spiritali ab ipso omnipotenti Domino computabitur; et desideramus ut tam strenue illud impendatis, ut merito audire mereamini a Domino in iudicio ejus: *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis*, et caetera: avertatur autem a vobis illa dura et irrevocabilis improperatio, quae in negligentes redundatura est, Domino dicente: *Serve male et piger, sciebas quia meto ubi non seminavi, et congrego ubi non sparsi*, et caetera. Sed neque nominatim personas exprimere debeo, quibus emendatione multa opus est, ne accusator videar, quod non est officii mei; sed cupio vos ita esse sollicitum, sicut studiosissimum Dei ministrum, et consentaneum boni imperatoris adiutorem, qui ab utroque Domino dignus et fidelis inventus, merito utriusque recompensationem percipiat.

Iere Traduction

Au très excellent et illustre des hommes, Matfred Agobard, en Christ Seigneur, notre vivificateur et sauveur, vie et salut éternel.

Je prie votre gloire infinie de daigner écouter patiemment et avec miséricorde les suggestions d'un fidèle serviteur : car, Dieu qui veille sur les cœurs et les reins est témoin, je ne parle que pour votre prospérité présente et future. Dieu tout-puissant, éternel et miséricordieux, pour qui rien n'est passé, rien n'est futur, mais où tous les volumes des siècles qui circulent parmi les mortels et les temporels demeurent une présence éternelle, vous a choisi avant la fondation du monde pour être le ministre de l'empereur et de l'empire en ces temps dangereux, et vous a honoré et enrichi au-dessus de tous les autres, non seulement extérieurement, mais aussi intérieurement, à savoir par la prudence, la justice, la force et la tempérance, lesquelles, selon les Écritures, sont plus utiles à la vie humaine ; et il vous a placé aux côtés du maître de l'ensemble des choses, afin que vous soyez son suffragiste dans l'équité et participant à la récompense du bonheur. Or, qu'est-ce qui est le plus utile à votre intention la plus dévouée, sinon qu'avec tous vos efforts et avec tous vos efforts d'esprit, vous veilliez avec la plus grande sagacité à l'ordre des choses, afin que l'iniquité soit écrasée, la fraude et la tromperie détruites, la méchanceté dissipée, la cruauté anéantie, la justice établie, l'humilité consolée, la foi fortifiée et l'Église sereine ? Car votre prudence doit savoir que dans ces régions dont nous sommes voisins, l'impiété a atteint un tel état de sécurité qu'il ne se trouve guère de personne qui aime la justice et se détourne de l'injustice, à moins que son inspiration divine ne touche son esprit et ne guide sa volonté ; de sorte qu'on peut considérer comme gratuite partout où l'on voit des traces de bonté.

La crainte des rois et des lois s'est apaisée à Malte, à tel point que la plupart des gens pensent qu'il n'y a plus personne à craindre, réfléchissant à cela et se disant en leur cœur : Si une plainte contre moi parvient au palais, l'affaire sera portée devant les avocats. Là, je trouverai de nombreux parents ou amis, par lesquels il sera assuré sans aucun doute que je n'encourrai aucune offense royale, car un don caché éteindra la colère, et celui qui est à craindre, avec d'autres interposés, ne verra pas notre folie.

En de telles occasions, un homme exceptionnel, presque tout ce qui a fleuri en notre misérable époque, à laquelle les chrétiens se vantaient certes d'avoir échappé, mais qui, parmi les païens,

était plus vivement agité, comme le martyr bienheureux Cyprien pleurait d'une voix lugubre et douloureuse : « Parmi les lois, dit-il, elles sont violées, parmi les droits, elles sont péchées : l'innocence n'est pas préservée même là où elle est défendue. » Qui parmi eux peut vraiment aider ? Un protecteur ? Mais il transgresse et trompe. Un juge ? Mais il vend la sentence : celui qui siège pour venger les crimes admet ; et pour que l'accusé innocent puisse périr, il devient un juge coupable. On ne craint pas les lois, ni le questeur, ni le juge : ce qui peut être racheté n'est pas craint d'être admis. Les droits ont consenti aux péchés, et ce qui est public a commencé à être légal. Quelle honte des choses, quelle intégrité peut-il y avoir ! Là où sont absents ceux qui condamnent les méchants, seuls les condamnés vous rencontrent ? Et ce que je ne peux dire sans danger, c'est que beaucoup de ces gens pensent que vous êtes un rempart entre eux et l'empereur, qui les protège de la correction. Au contraire, ô hommes excellents, veillez à être un rempart pour l'accroissement du bonheur, qui repousse les nuisibles, protège les innocents, soit en harmonie avec Dieu, se distingue de l'ennemi et accumule une récompense céleste. Et il est permis que l'intention de notre esprit soit claire à partir des paroles précédentes ; afin que vous sachiez sans aucun doute que je ne déplore pas mes propres plaintes, votre prudente bonté devrait savoir que je ne peux pas en dire autant de notre comte Bertmund : car il a une compagnie suffisamment bien organisée en matière de justice ; Car il a désigné un tel homme pour accomplir ces choses, qui non seulement les accomplit avec vigueur par amour et crainte de son aîné, mais aussi, ce qui est plus sublime et plus louable, par amour de Dieu et par amour de l'équité et de la justice elles-mêmes, de sorte qu'il nous semble que nulle part ailleurs dans ces régions cela ne se fait avec autant de diligence et d'attention. Mais nous disons tout cela uniquement par égard pour la foi que nous devons à Dieu, au Seigneur Empereur, et pour votre bonheur éternel et celui à obtenir dans cette vie présente. Car, comme vous n'en doutez pas vous-mêmes, une telle familiarité que Dieu vous a fait acquérir avec le Seigneur Empereur sera comptée comme un grand talent spirituel par le Seigneur Tout-Puissant Lui-même. et nous désirons que vous le dépensiez si vigoureusement, que vous puissiez mériter à juste titre d'entendre du Seigneur dans son jugement : C'est bien, bon et fidèle serviteur, parce que vous avez été fidèle sur peu de choses, et ainsi de suite : mais que le reproche dur et irrévocable soit détourné de vous, qui sera accumulé sur le négligent, lorsque le Seigneur dira : Serviteur méchant et paresseux, vous saviez que je moissonne où je n'ai pas semé, et que j'amasse où je n'ai pas dispersé, et ainsi de suite. Mais je ne dois pas nommer les personnes qui ont besoin de beaucoup de correction, de peur de paraître être un accusateur, ce qui n'est pas mon devoir ; mais je désire que vous soyez si soucieux, comme un ministre très diligent de Dieu, et un assistant volontaire du bon empereur, qui, ayant été trouvé digne et fidèle par les deux Seigneurs, puisse recevoir la récompense des deux d'une manière juste.

II° Traduction

« Au plus illustre et plus magnifique des hommes, Madfred, Agobard souhaite en Dieu notre sauveur et vivificateur la vie et le salut éternel.

« C'est Dieu qui vous a prédestiné de toute éternité pour être, en ces temps difficiles, un ministre de l'empereur et de l'empire, et qui pour cela vous a comblé, au-dessus de tous, des plus riches dons tant de l'extérieur que de l'intérieur, savoir la prudence, la justice, la force, la modération, qui sont les grands biens de la vie humaine, selon nos Écritures. Oui, c'est Dieu qui vous a établi aux côtés même de celui qui tient en main la direction suprême de cet État, afin que vous l'aidiez à gouverner avec équité et que vous méritiez avec lui la même récompense. Maintenant donc, vers quoi se porte avant tout l'intention dévouée qui vous anime, sinon à déployer tous vos efforts, toute votre sagacité, toute votre vigilance pour tout régler de telle sorte que l'iniquité soit réprimée, que la fraude soit abolie, que la perversité soit vaincue, que la cruauté soit châtiée, que la justice soit triomphante, que la faiblesse soit assistée, que la foi prenne de la force et que l'Église retrouve la sérénité. Votre sagesse ne dédaignera pas de l'apprendre, dans les contrées qui nous avoisinent, on se laisse aller à une vie impie avec une

telle sécurité, que nul, pour ainsi dire, ne fait le bien et ne s'éloigne du mal, à moins que, par une sorte de miracle, la grâce divine ne se charge seule de toucher l'esprit et de conduire la volonté : aussi peut-on dire que si l'on voit encore quelques traces de bonnes actions il faut le regarder comme un don tout gratuit du ciel. Toute crainte des rois et des lois s'est effacée du cœur du plus grand nombre. La plupart s'imaginent aujourd'hui qu'il n'est personne à redouter, car ils se disent à eux-mêmes : S'il est porté plainte contre moi au palais, l'affaire sera remise entre les mains des rapporteurs. Je ne manquerai pas de parents et d'amis qui sauront sans aucun doute détourner de moi tout ce qui pourrait m'attirer l'animadversion royale; un présent fait en secret éteindra les colères, et, grâce à ceux qui s'interposeront, celui de qui j'aurais quelque peine à craindre ne verra rien de mes méchancetés.

« Nous en sommes vraiment, dans notre âge misérable, à cet excès de désordre dont le glorieux martyr saint Cyprien louait les chrétiens d'être sortis, mais qu'il voyait s'aggraver parmi les païens, quand il s'écriait tristement : C'est au milieu même des lois que pénètrent les délits; c'est à la source de la justice qu'est l'iniquité. Ce n'est pas l'innocence qui peut y trouver accès pour être défendue : qui donc viendrait à son secours? Celui qui doit en être le patron? Mais il est prévaricateur et il trompe. Le juge? Mais il vend la sentence. Celui qui est assis pour venger les crimes? Il les commet. Pour que l'innocent accusé succombe, le juge se fait coupable. Aucune crainte, ni des lois, ni du questeur, ni du juge : pourquoi craindre de commettre les crimes qu'on peut racheter? — Il semble que les fautes sont de droit ; à force d'être publiquement pratiqué, le mal devient permis. Pourquoi respecter quoi que ce soit et à quoi bon l'intégrité, lorsqu'il n'y a personne pour condamner les méchants et que vous ne rencontrez que des gens qui méritent d'être condamnés? Voilà où nous en sommes, et ce que je ne saurais dire sans être grandement téméraire, c'est qu'il en est un grand nombre, de ces hommes pervers, qui vous regardent vous-même comme une sorte de rempart entre eux et l'empereur, par où ils se flattent d'échapper à la correction. Homme excellent, efforcez-vous donc de vous montrer au contraire le rempart de la félicité publique, en maintenant les méchants à distance et en couvrant de votre protection les gens de bien... Quoique tout ce que je viens de dire vous indique assez le but que je me suis proposé, néanmoins, pour que vous ne puissiez douter que je n'ai nullement en vue de vous adresser des plaintes qui me soient personnelles, que votre prudente bonté sache bien que je n'ai aucun reproche à faire à notre gouverneur, le comte Bertemond, qui est parvenu à faire régner la justice d'une manière fort satisfaisante dans son comté. Car celui qu'il a établi pour s'en occuper sous lui, est un homme qui s'en acquitte vaillamment, non-seulement par amour ou par crainte de son supérieur, mais, ce qui est plus louable, par amour de Dieu et de sa justice, de telle façon que jamais peut-être nous n'avons vu déployer ici tant de vigilance et de zèle. Si nous vous disons tout cela, c'est à cause de la fidélité qu'au nom de Dieu, nous devons à l'empereur, et par le désir que nous avons de vous voir mériter les prospérités de la vie présente et la béatitude de la vie future. C'est un talent de grande valeur dont Dieu vous a confié le dépôt et dont il vous demandera compte, n'en doutez-pas, que cette confiance et cette familiarité dont il vous fait jouir auprès de l'empereur. Nous souhaitons que vous fassiez un si excellent usage de ce talent qu'un jour il vous soit dit: Bien! bon et fidèle serviteur! *Euge, serve bone et fidelis!* et que jamais vous n'entendiez le reproche fait au ministre négligent : Serviteur méchant et paresseux! *Serve, male et piger!* — Je dois bien me garder de vous désigner nominativement les personnes qui auraient grand besoin d'une bonne correction, de peur de paraître me porter pour accusateur, ce qui ne convient nullement à ma condition; mais je vous exprime mon ardent désir de voir en vous toute la sollicitude qui convient à un zélé serviteur de Dieu, à un aide dévoué de notre empereur qui est bon, afin qu'ayant dignement servi votre Maître du ciel et votre Maître de la terre, vous receviez de l'un et de l'autre une juste récompense. »

AGOBARD DE LYON

LIVRE SUR LA CORRECTION DE L'ANTIPHONAIRE

EXTRAITS

AGOBARDUS

LIBER DE CORRECTIONE ANTIPHONARII.

I. Dilectissimis in Christo fratribus et praecipue cantoribus Ecclesiae Lugdunensis Agobardus in eodem Christo Domino et Salvatore nostro sempiternam salutem.

In divinis laudibus exsolvendis quanto studio fugienda sit levitas, gravitasque sectanda, frequenter dilectioni vestrae in mutua colloquutione suggessimus; scilicet ut rationabili consideratione, sicut prudentes Ecclesiae filii, et rationabili ejus lacte ab incunabulis enutriti, quod Deo displicet refugientes, concordi studio id quod gratum acceptumque ei, verbis sicuti et factis sectaremini. Si enim apud graves et sapientes viros, non solum morum, sed etiam verborum levitas reprehensibilis judicatur, quanto magis apud Deum totius sanctae gravitatis ac sapientiae auctorem, cui Psalmista dicit: *In populo gravi laudabo te*, et cui nos Apostolus rationabile obsequium admonet exhibere.

Neque vero passim, et absque diligenti examinatione, quod cuique visum fuerit in Dei laudibus usurpandum est, cum dicat Apostolus: *Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus. Sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis*. Unde et apostoli humanae ignorationis conscii, orandi formulam a Deo petiere, dicentes: *Domine, doce nos orare*. Certe manifestum est majus esse Deo quempiam digne laudes exsolvere, quam pro infirmitate propria exorare; praesertim cum hoc praesentis vitae fine terminetur, illud vero hic inchoetur, in futuro autem perficiatur, juxta quod Psalmista ait: *Beati qui habitant in domo tua, Domine! in saecula saeculorum laudabunt te*.

II. Si ergo orantes doctrina sancti Spiritus indigemus, multo magis cum Deo laudes offerimus: quia sicut nemo nisi ipso inspirante secundum Deum postulat, ita nullus nisi eo erudiente Deum digne collaudat. Non ergo cujuscunque figmentis, sed Spiritus sancti eloquiis majestas divina laudanda est. Denique et filii Aaron ignem alienum Domino offerentes, non obsequii remunerationem, sed damnationem praesumptionis experti sunt. Unde hoc nos exemplum summopere vitantes, illud sollicito attendamus quod vel in Proverbiis scriptum est: *Omnis sermo Dei ignitus clypeus est sperantibus in se. Ne addas quidquam verbis illius, et arguaris, invenierisque mendax*. Nihil itaque Dei verbis addentes, et timentes argui inveniri que mendaces, verbo Dei ignito, qui clypeus spei est, tempore orationis et laudis inflammemur pariter et muniamur. Cumque Dominus dicat: *Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt*, omnia humana figmenta, quae vanitate sui mortua judicanda sunt, respuentes, viventibus Christi eloquiis in ipsius obsequiis personemus; quatinus voces nostrae, non quasi alienae ab eo respui, sed ut propriae cum supernis virtutibus, quae majestate Dei trementes adorant atque collaudant, mereantur admitti.

III. Hac de causa et Antiphonarium pro viribus nostris magna ex parte correximus, amputatis his quae vel superflua, vel levia, vel mendacia, aut blasphema videbantur. Et vos frequenter admonuimus, et tenorem admonitionis nostrae propter aliquorum praesentes seu futuras querimonias in fronte ejusdem libelli ponere necessarium duximus: non generale aliquid statuentes, sed juxta mediocritatem sensus nostri in domo Dei, cujus nobis cura commissa est, quod possumus offerentes: nec de sensu nostro aliquid praesumentes; sed Scripturae sanctae auctoritatem, et sacrorum canonum sanctionem, catholicorumque patrum instituta et exempla sectantes. De quibus antequam aliquid proferamus, congruum videtur, exempli gratia, nonnullas ineptias quae praefato continebantur libello, notare breviter, ac leviter redarguere; ut ex his perpauca evidentius agnoscat quam necessario quae in sequentibus dicturi sumus, a patribus constituta sint, quantoque timore ac sollicitudine eorum scita nobis expediat observare.

IV. Ac primum, quale illud est, quod in vigilia Natalis Domini in choro fidelium et fidelium eruditorum cantabatur: *Dum ortus fuerit sol de coelo, videbitis Regem regum procedentem a Patre tanquam sponsum de thalamo suo*? Certe fides catholica habet Verbum Dei, quod in principio erat

apud Patrem, in thalamo uteri virginalis conjunxisse sibi sponsum; cujus naturam in unitate personae suscipiens, caro factum est ut habitaret in nobis. Naturae enim nostrae unitus, tanquam sponsus de thalamo virginali, processit ex utero; et non eam de coelis attulit, sicut haeretici affirmare ausi sunt. Ac per hoc non tanquam sponsus de thalamo processit ex Patre. Verbum quippe Dei, Filius Dei, processit a Patre, et venit in mundum. Nec aliud fuit venire in mundum, quam in utero Virginis naturae humanae veritatem assumere, in qua visibilem se praeberet mundo. Hanc igitur humanitatis nostrae naturam, cui unitus sponsus Ecclesiae factus est, non de sinu Patris traxit, sed de carne Virginis sumpsit.

V. Est praeterea in praedicta antiphona notanda temeritas, evidensque mendacium; dum et sacrae Scripturae verba sui sensus perversitati coaptat, et nativitatem Salvatoris, qua vel de Patre ante saecula, vel de matre in plenitudine temporum natus est, tanta confusione permiscet, ut de qua loqui velit, intelligi omnino non possit. Quod summopere ubique cavendum est, ne divinorum verborum ordo mutetur, et de scriptura veritatis labyrinthus texatur erroris.

VI. Illud etiam responsorium, quod in eisdem vigiliis cantabatur, quanta fidei severitate rejiciendam est, in quo ait vanus ille praesumptor: *De illa occulta habitatione sua egressus est Filius Dei, descendit visitare et consolare omnes qui eum de toto corde desiderabant.* Quod cum sermonum imperitia, tum sensus quoque absurditate ac falsitate turpatur. Nam et occultam Filii habitationem summa levitate dixit; et eum omnes desiderantes se visitasse, consolatumque esse mendaciter asseruit, cum potius eos quos visitare dignatus est, se agnoscentes ac desiderantes effecerit.

VII. Considerentur etiam verba alterius responsorii, quod quasi de mysterio nativitatis Christi compositum, contra morem nocturni officii ab eminentiori loco pompaticè concrepabat: *Descendit de coelis missus ab arce Patris introivit per aurem Virginis in regionem nostram, indutus stola purpurea, et exivit per auream portam lux et decus universae fabricae mundi.* Ubi primum, qui descenderit non designat. Arcem vero Patris quid dixerit, ipse quoque penitus ignoravit. Nunquid est aliquod aedificium coeleste, aut percoeleste, quod factum sit ab eo, aut aliud aliquid quod non est ipsum quod Pater, aut est ipse Pater? Quod si est, quomodo sibi est arx? Nec per aurem Virginis Verbum Dei introisse, catholicae aures ferunt: quia cum sit incorporeum, et totum ubique praesens, nec localiter accedit, nec aditu corporeo indiget. Nisi forte nobis persuadere voluit angelicorum sono verborum sacram Virginem Dei Filium concepisse. Quod quantum a fidei veritate discordet, ex verbis ipsius angeli perspicuum est; qui ipsi Virgini interroganti: *Quomodo fiet istud, quia virum non cognosco?* Respondit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Quomodo autem virginalis uterus regio nostra possit intelligi, cum et virgo illa unici Filii mater sit, et nos omnes non ex virginea sed ex corrupta carne nascamur, prorsus inveniri non potest. Deinde quod eum stola indutum purpurea aurem dicit Virginis introisse, sive humano more cultu regio indutum, sive humanam formam non ex Virgine suscepisse, sed de coelo Dei Verbum attulisse putaverit, eamque stolam purpuream appellavit, apertissimae blasphemiae est. Jam vero per auream portam eum exiisse, quanta vanitate proferre ausus est; cum nativitas Christi ex Virgine non supervacuis verbis adumbrari, sed confessione simplici debeat declarari; qui non, ut ille ait, universae fabricae mundi, sed juxta veritatem evangelicam rationalis tantummodo creaturae lux est.

VIII. Aliud quoque responsorium de verbis Evangelii, sed non ordine evangelico, quod jam utique correctum a vestra dilectione psallitur, nescio quis composuit, dicens: *Tenebrae factae sunt dum crucifixissent Jesum Judaei; et circa horam nonam exclamavit Jesus voce magna: Deus, Deus, ut quid me dereliquisti? Tunc unus ex militibus lancea latus ejus perforavit, et inclinato capite emisit spiritum.* Nempe omnibus fidelibus certum est, quod Salvator noster non aliqua doloris violentia coactus, sed spontaneè pro nobis est mortuus; nec animam necessitate amisit, sed potestate posuit, sicut ipse ait: *Nemo tollit a me animam meam, sed ego pono eam a me ipso ut iterum sumam eam.* Sed iste evangelici ordinis et fidei veritatis ignarus, prius dixit lancea a militibus latus Domini perforatum, et tunc ab eo spiritum emissum: quod omnino paganum est, Christum non benignitate propriae voluntatis, sed vi doloris mortuum opinari; cum e contrario in Evangelio referatur quod Dominus voce magna clamaverit: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum; et haec dicens, expiravit.* Quam mortem Christi in tantum milites qui aderant admirati sunt, ut continuo Deum

glorificasse, eumque Dei Filium confessi esse referantur, ac postea Judaeis petentibus latronum crura, qui cum eo fuerant crucifixi, Pilatus frangi concesserit, Jesu autem jam mortui non crura confracta, sed militis lancea latus narraretur apertum, non, ut iste imperite protulit, perforatum.

IX. Jam vero quanta illa sunt vaticinia, ut ita dictum sit, falsa in responsoriis et antiphonariis, quae quasi ex voce Domini pronuntiantur, cum in nullis divinis Scripturis reperiantur. Ut est: *Octava decima die decimi mensis jejunabitis, dicit Dominus, et mittam vobis Salvatorem et propugnatorem pro vobis, qui vos praecedat et introducat in terram quam juravi patribus vestris.* Et iterum: *Coronam gloriae ponam super caput ejus, dicit Dominus, et induam illum stolam candidam, quia servavit mandata mea, et propter nomen meum effusus est sanguis ejus in terra.* Et iterum: *Sancti estis, dicit Dominus, multiplicabo numerum vestrum, ut oretis pro populo meo in loco isto.* Et multa hujusmodi ridiculosa et fantastica. Quorum inventoribus congruere mihi videntur illa, quae Dominus per Ezechielem prophetam adversus falsos prophetas loquitur, dicens: *Vae prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident.* Et post pauca: *Vident nova et divinant mendacium, dicentes: Ait Dominus, cum Dominus non miserit eos, et perseveraverunt confirmare sermonem. Nunquid non visionem cassam vidistis, et divinationem mendacem locuti estis? Et dicitis, Ait Dominus, cum ego non sim locutus. Propterea haec dicit Dominus Deus: Quia locuti estis vana, et dixistis mendacium, ideo ecce ego ad vos, ait Dominus Deus. Et erit manus mea super prophetas, qui vident vana, et divinant mendacium. In concilio populi mei non erunt, et in scriptura domus Israel non scribentur, nec terram Israel ingredientur.*

X. Sed haec et similia, quorum in praefato libro infinita erat copia, quia indignum est scribere, et vestrae prudentiae fastidiosum audire, facilius colloquendo et fideliter pertractando dijudicari possunt. Nunc superest ut sacrorum statuta canonum, catholicorumque Patrum sententias, sicut superius promisimus, exsequamur; ut ex his perspicue declaretur qua cautela levissimorum hominum excogitationes vitandae sint, quae nulla veritate subnixae, nulla ratione ornatae, contemptui patent.

XI. In concilio Africano talis constitutio promulgata est: « Ut preces et orationes, nisi probatae fuerint in concilio, non dicantur; nec aliqua ex his omnino cantentur in Ecclesia, nisi quae a prudentioribus tractata et comprobata in synodo fuerint; ne forte aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per studium, sit compositum. » Ubi breviter considerandum, quod non solum ea quae studio perfidiae, sed etiam illa quae simplicitate ignorantiae contra fidei regulam composita fuerint, pari animadversione repudiantur.

